



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd post Vale[n]tis interitum, cu[m] Gotthi contra Constantinopolim
arma ferrent, ciuitas obuiam exiuit, paucis Sarracenis foederatis à Mauia
mißis, suppetias illis ferentibus. Cap. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12704

peccata manifesta sint, præcedentia ad iudicium, quosdam ^{1. Tim. 5.} autem & subsequantur. His de causis in hanc historiam ecclesiasticam nonnullas res etiam in Rep. procuranda gestas inclusimus. Et quanquam res Constantini temporibus in bello administratas, propter longinquum præteriti tēporis spacium inuenire non poteramus, tamē eas, quas postea iam ab his, qui ad hoc vsque tempus vitā propagarint, accepimus, in transcursu nostri sermonis sumus complexi. Passimq; in ^{Plin. 10.} historia Imperatorum mentionem propterea fecimus, quod ex illo tempore, quo Christiani esse cœperunt, ecclesiæ negotia, ex illorum nutu pendere visa sunt: atq; adeo maxima concilia de eorundem sententia & conuocata fuerunt, & adhuc conuocantur. Quinetiam Gentilis cultus superstitionisq; propterea meminimus, quod tranquillum ecclesiæ statum magnopere perturbauit. Atque hæc quidam procerum loco dixisse sat est. Iam verò historiam aggrediamur.

Quòd post Valēti interitum, cū Gotthi contra Constantinopolim arma ferrent, ciuitas obuiam exiuit, paucis Sarracenis fœderatis à Mauia missis, suppetias illis ferentibus.

CAP. I.

VBI Imperator Valens mortem (qua ratione omninò incertum est) oppetierat, Barbari denuo ad mœnia Constantinopolis aduentare, illiusq; suburbia vastare cœperunt. Vnde populus grauiter commotus, sua sponte Barbaris resistere, singuli, quod obuium erat, armorum loco arripere. Imperatoris coniunx dominica omnibus, qui ad bellum egrediebantur, mercedem ex arario Imperatorio, sicut militibus decretum fuit, suppeditare. Aliquot etiam è Saracenis fœderatis à Mauia, cuius supra fecimus mentionem, missi, opem illis ferre. Ad hunc modum itaque cum populus prælium cômisisset, Barbari longe ab vrbe pedem retulere.

Quòd Gratianus Imperator orthodoxis Episcopis ab exilio reuocatis, hæreticos ab ecclesijs exegit, ac eodem tempore Theodorium socium imperii cooperauit.

CAP. II.

Gratia-